



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

31. Collectas publicas clericorum coloni solvere non tenentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ad postea quæsita , cap. noverint , 10.  
quest. 1. Specul. d. num. 11. vers. sed cer-  
tè. Rebuff. d. l. si divina , num. 3. vers. in  
muneribus autem , cap. quia circa de privil.  
Ial. per illum tex. post. Cy. Ray. & Raph.  
fulg. quos citat. in l. quæstib; , num. 13.  
vers. tu autem deleg. 1. Ruin. consl. 217.  
num. 17. volum. 1. Paris. consl. 68. num. 7.  
& num. 10. ubi de comuni testatur, volum. 2.  
Natt. consl. 66. num. 13. consl. 160. num. 23.  
consl. 328. num. 4. Olasch. qui hanc ve-  
ram , & magis receptam sententiam esse  
testatur in dicta decis. 136. num. 1. quem  
sequitur Thesau. decis. 274. num 2. & n.  
4. Burfat. qui etiam de commun , & ma-  
gis recepta testatur in consl. 16. num. 77. l. 1.  
& Silvest. in verb. immunitas 1. quinquæ  
testatur , & num. 19. Dicta conclusio aded  
est vera , & generalis, ut, nec ad onera oc-  
casione belli per Principem imposta , ec-  
clesia concurrere teneatur, nisi cum im-  
minet necessitas , & tractatur de necessaria  
defensione patriæ , ut, si extempore hostis  
in Principem irrueret, vel si bellum juste, 31  
ac pro imperii , vel ecclesiæ turione fieret,  
& quocunque casu , si bursa Principis es-  
set exhausta , & laicorum non suppterent  
facultates , non autem pro quocunque ne-  
cessitate , Cephal. consl. 154. num. 22. vo-  
lum. 2. & Burfat. d. consl. 16. num. 76. &  
concurrentibus aliis , de quib; sup. num.  
22.

Multò minus , † si pro fluminum re-  
paratione , pontium , viarum , m̄enium  
restoratione , aut hospitatione , vel tran-  
situ militum , seu laboratorum occasione  
belli collectæ ab Universitatibus impo-  
nuntur , quia licet regulariter collectæ ha-  
beant executionem paratam , pro quibus  
fieri debet executio cogendo , & exigend-

do absque citatione , etiam lite pendente,  
ut cum eo ff. ad l. jul. pecul. auth. iusit. quod  
præst. vers. & primum , Bald. consl. 429.  
licet iudex , num. 1. Rolan. à val. consl. 32.  
num. 5. Olasch. decis. 86. num. 5. & Bur-  
fat. d. consl. 16. num. 76. dicta tamen con-  
clusio procedit , & habet locum contra  
laicos non privilegiatos , sed contra bona  
ecclesiastica , quæ habent privilegia de ju-  
re divino , canonico , & cœsareo ex supra  
deductis , & eorum colonos , non habent  
executionem paratam , sed debent perso-  
næ ecclesiastice , & eorum coloni audiri  
super eorum immunitate , si dubitatur,  
scilicet apud judicem ecclesiasticum , lib.  
2. C. de off. ciuii. jud. Bald. d. consl. 429. l.  
1. versio. qui autem gravari , & ita distin-  
guit Ang. in l. fin: C. ubi quis de cur. alian.  
cond. ibi , aut dubitatur , an aliquis sit de-  
bitor: & tunc non habet locum execu-  
tio lite pendente , sed procedendum est cœla  
cognita , quem sequitur Olasch. dict. decis.  
36. num. 1. & num. 6. vers. quid dicendum.  
Et quod de jure corporiuni, † coloni regu-  
lariter ad collectas non teneantur , probat  
Paris. consl. 25. num. 10: volum. 1. Ial. m.  
l. 1. num. 32: C. de jur. empbit. & ita fuit  
decisum per senatum Pedemontanum , ut  
testatur Olasch. decis. 3: num. 6: & 7: ubi,  
quamvis senatus in causa Universitatis Au-  
xiliani contra colonos civium Vercellen-  
sium censuerit super allegata consuetudine  
collectandi colonos pro parte colonica  
teneri , motus ex communi conclusione,  
qua disponitur in collectis exigendis set-  
vandam esse consuetudinem , ut ibi num.  
9. insin. & Rolan. à val. consl. 32: num. 8:  
cum seq. cœla fuit agitata contra colones  
civium , non autem contra colones bono-  
rum ecclesiasticorum , qui gaudentim-  
muni-

munitate clericorum, de quorum interesse<sup>34</sup> agitur, & quia ratione oneris collectandi injunctiores minoris estimationis efficitur, gloss. fin. in L. generali, §. final. ff. de usu fruct. leg. & Olasch. dict. decis. 83. num. 9. Consuetudo enim inducta contra colonos laicorum, non extenditur ad colonos privilegiatos bonorum ecclesiasticorum, nec consuetudo vigens in una regione extendi potest ad alias regiones, in quibus non viget talis consuetudo: cap. 1. ubi Abb. & alii de consuet. Bart. in l. post dotem.<sup>35</sup> num. 30. ff. sol. matr. Burlat. post Rip. Corn. & alios in consil. 311. num. 7. lib. 2. Hondon. conf. 101. num. 38. vol. 1. Farinac. in prax. crim. de Inquis. cap. 8. num. 132 vers. & licet econtra & Covar. pract. quæst. cap. 31. num. 5. vers. secundum expri- missa resolutione.

Ideò, cùm colentes & bona ecclesiastica gaudieant privilegio dominorum, non principaliter propter se, sed favore ecclesiasticorum personarum. Concil. Tolet. relatum. in cap. Ecclesiistarum. 12. quæst. 2. & Bald. in l. 2. num. 2. C. de Epist. & cler. cum aliis supra deductis; & ecclesiasticis personis, quæ privilegium immunitatis habent à Deo, Pontificibus, & imperatoriis, dicta consuetudo esset præjudicialis, non afficit ipsorum colonos, qui dominorum privilegium sortiuntur, cum ex subjectione usus colonorum dominis incommodior redderetur, ut declarat Oldrad, consilio 299. num. 5. vers. p. 97 & alia. Tum si privilegiis imperialibus est parentum, quanto magis Deo dominatori universæ creature, ad ea, quæ jussit sine dubitatione est obtemperandum. cap. quæ contra. & ibi gloss. in verb. scut. 8. distinet.

Consuetudines enim, & seu statuta secularium contra privilegia clericorum non ligant clericos. auth. cass. C. de sacrosanct. Eccles. cap. 1. 10. distin. cap. quæ in Ecclesiistarum. de constit. Bart. in repet. l. de quibus. num. 30 ff. de leg. & ibi Jas. num. 1. Idem Bart. in l. v. num. 27 & 28. C. de Summ. Trinit. & fide Cathol. Abb. in cap. cùm causa. num. 4: de sentent: & re jud. & Felyn. in cap. ecclesiæ S. Mariae. 86. vers. sed sonera Bart. de constit. Compelentes autem colonos clericorum & pro colonia, seu traffico facto super massariis, & prædictis ecclesiasticis incurunt ipso facto excommunicationis sententiam in Bulla Cœnæ Domini contentam; quia indirecte ab ecclesiasticis extorquent; & est casus supra comprehensus, ibi: Necnon, qui per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte prædicta facere, &c. Navar. d. cap. 27. num. 71. & in consil. 32. num. 4. & 5. de sentent. excommun. quia quicquid exigit à colonis ecclesiasticorum bonorum prædicta colonia, seu traffico in præjudicium, & gravamen personarum ecclesiasticorum, quæ colonos cuim majori earum incommodo, dispendio, & gravamine conducent, percipitur, contra dictæ Bullæ, & sacrorum canonum dispositionem; unde coloni, qui per solvere coguntur, à dominis repetere possunt. Bald. int. 1. n. 10. C. de jur. emphyt. Alexand. in consil. 350. num. 12. libr. 4. & consil. 4. num. 3. lib. 5. quia in fraudem legis, & odium clericorum indebet gravarentur, ut tenet Bart. in l. plaser. num. 62. & 63. C. de Sacrosanct. Eccles. Ac ulterius adeò sunt bona ecclesiistarum exempta, quod præter penas ab antiquis canonicis, & Bulla Cœnæ Domini infictas, qui alicujus ecclesiæ, seu cuiusvis